

ANALYSIS CONCILIORUM

GENERALIUM ET PARTICULARIUM,

CONTINENS EORUM CANONES SUPER DOGMATE,

MORALI DOCTRINA AC DISCIPLINA
tam veteri quam recentiore,

ADNOTATIONIBUS ILLUSTRATOS,

ET CUM NOVO, NOMINATIM VERO CUM PECULIARI
Galliarum Jure collatos; quos anteverit, procemii loco de Conciliis
in universum Tractatus; Opus Clero sacerdulari & regulari,
itemque Jurisconsultis utile;

A R E V. P A T R E

CAROLO-LUDOVICO RICHARD
THEOLOGIÆ PROFESSORE

EX ORDINE ET NOVITIATU GENERALI FRATRUM PRÆDICATORUM
Dictionarii universalis Scientiarum Ecclesiasticarum
Auctore Gallice editum:

ET A REVER. ET EXCELL.

JOANNE ANTONIO DALMASO
VICETINO,

Sacra Theologia Doctore Collegato Latine redditum:

T O M U S P R I M U S.



VENEZIA,
Ex TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.

M D C C L X I.

Superiorum Permissum, ac Favilicis.



PRÆFATIO

JOANNIS ANTONII DALMASI

In suam hujus CONCILIORUM ANALYSIS, et ab eius Latinam Interpretationem.



U M semper ita fuerint homines a natura facti, ut quæ demum extitisset superiorum temporum ratio, quæ majorum mens, quæ instituta, nemo non scire cuperet, & curiosius investigaret; hæc profecto laudanda cupiditas quæ christianum hominem præcipue ac, prope dixerim, unice decet, non aliunde melius expleri poterat, quam ex certa cumulataque Conciliorum quæ catholica passim Ecclesia ab apostolicis usque temporibus celebravit, eorum nempe solemnum cœtuum notitia ad quos pro re nata convenere qui dignitate, qui sanctitate, qui doctrina primas tenebant, ut identidem gliscentes haereses profligarent, schismata cohiberent, abusus eliminarent, morum depravationi congruum remedium afferrent, sua singuli, communia omnes jura tuerentur, uno verbo quicquid ad orthodoxæ fidei incolumentem expedire visum esset, coniunctis opinionibus animisque statuerent & propugnarent. Haud proinde mirari subit strenuos viros non defuisse, qui in hac adeo jucunda, fructuosa, necessaria re publico bono studentes, undique collecta Concilia in unum veluti corpus conserrent; at eorum ingentes Collectiones quas inter, omnium judicio, eminet Labbeana, cui alioquin ipsi deinde Tomi plures, supplementi loco, accessere, non sine improbo labore, nec sine magna cæteroqui laude congestas immensa propemodum volumina complectebantur, ut omnibus quidem admirationi essent, at paucis usui; nimurum ad ea perlegenda utilitas alliciebat, atque adeo non raro necessitas impellebat; at moles deterrebat, quæ præsertim pretii majus onus secum trahebat, quam universum privati humeri ferre possent; jampridem itaque in communibus votis erat, ut hac in parte singulorum commodo consuleretur. Quod porro non pauci quos nominare nihil attinet, præstare conati sunt, id tandem perfecit emundæ naris vir Carolus Ludovicus Richardus, & ita perfecit, ut nihil sit amplius, quod in hoc negotio desideretur, concinnata videlicet nuperrime Conciliorum omnium, tum generalium, tum particularium Analyssi quæ ab auctore quem nomen ipsum satis commendat, gallice edita, tibi traditur, a me, quam citissime fieri potuit, in latinum sermonem conversa. Vix enim allato nuntio Opus hoc in Tomos tributum quatuor Parisiis sub prælo esse, rogatus Gallus editor,

Ricard Concil. Tom. I.



TRACTATUS DE CONCILIIS.

CAPUT PRIMUM.

De Conciliorum Nominis ac Definitione.

VOX, *Concilium*, atque adeo *concilium*, ut sine Novae Collectionis pag. 1089. & 1429. Balutius animadverxit, plurimum in eodem loco ad quicquam deliberandum personarum ceterum generatum significat; idem innuit vocula, *conventus* & *synodus*, & in eo differunt a *concilio*, quod ad hoc felicit populus universus, ad concilia vero solummodo populi pars ejusque potiora membra conveniunt. Itaque in Galliarum Annalibus paucum legitur Reges habuisse suis synodes, & ut monet D. de Marca, lib. 6. de Concord. cap. 24. n. 3. inter eos certus, *synodus* nomine designatus existit. Nonnulli qui regi suscipiantur, utpote qui non Episcopio tantum, sed Comitibus aliisque Regni praemoribus præterea constabunt, & quorum sententia leges ad politiam spectantes, tam Ecclesiastice quam civiles a Regibus edebantur; & hinc ea versus in Regis editiis iuris quam profert Bigornius in sua Annotationibus super Marcellum, lib. I. cap. 25. *Nos annos apud Regis viris & paribus, esterisque Palatii usq[ue] ministris, &c.*

Verba, *concilium* & *synodus* sumuntur etiam nounusquam, penes sahors, seu profanos, seu factos, ad loca ipsa in quibus aliquis ceterus cogitur, significanda. Utitur hac notione Concilii nomine Plinii, lib. 1. cap. 9. fol. 35. Ecclesiastici auctores Iepenamero, cum Ecclesiastici vocant *concilia martyrum*, *concilia faustorum*. In Actis summum Pontificis Stephani III. apud Baronium, ad an. 259. n. 4. dicitur: *Nomine gratia Christi reborata, circuitalis ergo & concilia martyrum*. Annales de summo Pontifice S. Damaso loquente: *ille, inquit, multa corpora faustorum martyrum requiebunt, quorum etiam concilia veribus decoratur*. S. Grudentius, in Tractatu de Dedicatione Basilice Quadragesima Martyrum, summa ita mentem aperit: *Habemus ergo & has quadragesim & predictas decem faustas ex diversis paribus terrarum congregatas, unde hanc ipsam basilicam sumum martyris dedicatas, tunc illam faustorum uniuersitatem decernimus.*

Subsecutis temporibus, usus diemnum receptionum est, ut non tam late pataret *concilii* & *synodi* nomen, sed ad designandos, super Ecclesiasticis negotiis, Ecclesia ministrorum ceterus solus adhiberetur. Nec quidem hac una & unica significacione, in hoc Tractatu, *concilii* nomen accipimas, illudque ita sumptuus definitum fuscipimus.

Synodi vel concilii nomine, inquit D. du Plessis Argentraus, post Melchiorum Canum, *meiora uerbi sensus* *in ecclesiis sacrae* *sacerdotum, presorum Episcoporum, in locis sumis congregari*, ut causas eas feliciter definerent, *qua ad Ecclesias fidem seu mores perpauerent*. (Element. Theolog. p. 250. ed. 1. Melchior Canus, de locis Theolog. p. 146. edit. Zaray. an. 1734.)

Pater Annanus, Generalis Doctrina Christiana, concilium definiri, ut sit *restitutum Ecclesie expugnatio*, *ad fidem controversias*, vel *Uulgaris mores reformatio*, *a legitimis Capitis consuetudinibus* (in apparatus ad Theol. T. II. p. 4.)

Ricard. Concil. Tom. I.

Definitiones haec generales sunt, nec satis esse videtur, ut nobis omnium Ecclesiarum Conciliorum que in multiplici genere sunt, nitidam accuratissime notiones suppeditent. Melchior quidem Canus & Argentraus de conciliis convocatione non memiserunt; & P. Annanus de prefatis tantum loquitur, e quibus illud coalescere debet. Accuratio & absolutio nobis videtur definitio qua sequitur:

Concilia sunt Episcoporum legitimi ceteri, ab eo qui id juris obtinet, ut illud perficit, aut ejus consensu convocati, ad Ecclesiastica negotia qua fidem, mores, aut disciplinam afficiunt, in ordinem redigenda.

Congruit haec definitio Conciliis omnibus, seu generalibus, seu particularibus, & quidem illis tantum congruit; ceteri enim, vel Ecclesiastici, cui deciliet conditionum aliqua qua in ea sunt expedita, concilium non esset. Hareticorum, super religione, ceteri omnes conciliabula, concordia tuncupantur; neque aliud nomine tribuunt etiam Catholicorum Episcoporum, super fide, moebris, aut disciplina ceteris, cum ob aliquod vitium, quodcumque tandem fuerit, illegitimi sunt.

CAPUT II.

De Conciliorum Divisione.

Dividuntur Concilia, 1. in generalia & particula.

Generalia Concilium est ad quod vocantur omnes & singuli christiani Orbis Episcopi. Dicitur etiam universalis, Occidentalis, a graco vocabulo *ekklisia*, quod habitabilem terram significat; verum animadversione dignum est, quoniam ad grammatici leges exacta versione vi, generalis, universalis, Occidentalis, una sint eademque res, nihilominus occidentalis nomen quod aliquis amplius innuit quam generalis, ut ipso concreatum suffit, ut generalis, *legitimumque* & a terra Ecclesie approbatum receptum significaret. Potest igitur esse generalia concilia, quin legitimum sit; ut generale sit, fatis est omnes christiani Orbis Episcopos ad illud appellatos esse, ab eoque exclusum fuisse eorumdem omnino nullum, nisi forte hereticos aut excommunicatos esset, ut zutergi legitimum sit de vere occidenticum, necesse praestet est, ut in eo nihil non & regulis actum sit, illudque Ecclesia recepterit; adeoque possunt esse concilia qua convocatione generalis sit, celebracione autem eventu quo non sit ejusmodi. Hujus generis sunt Concilia, Mediolanense in causa S. Athanassi an. 354. habitum; Ariminense, an. 359. Ephesinum, cognomento Larceinum Episcopum, an. 439. Constantiopolitanum duo, contra fanicas imagines, unum quidem an. 730. Leone Istanteo, alterum vero an. 735. Constantino Copronymo rerum potestibus,